



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

**Pauli Laymanni e Societate Iesu Jus Canonicum
Commentario Perpetuo Explicatum**

Et Uberi Non Minus Ac Varia Qvam Clara Et Solida Doctrina Illustratum

Commentarius In Librum III. Decretalium

Laymann, Paul

Dilingae, 1698

Capitulum XXVI. Cum Canonicis.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-62482](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-62482)

præstarent, sive propria, sive Pontificis auctoritate visitaret Archiepiscopus Beneventanus secundum facultates Ecclesiarum, quæ visitabantur, si vellent à censura, in rebelles lata, absolvi.

SUMMARIUM.

Quando Archiepiscopo competat jus totam Provinciam visitandi.

Notandum. Archiepiscopo de jure communi jus visitandi Provinciam totam competere *cap. sopita 14. h. t.* si Episcopus negligens est, ut advertit *Glossa hic v. auctoritate propria*. Aliàs se intromittere non debet, arg. *cap. cum simus 3. & cap. conquestus 8. caus. 9. q. 3.* Vide *cap. Pastoralis de offic. Ordin.*

CAPITULUM XXVI.
Cum Canonicis.

PARAPHRASIS.

Rector cujusdam Ecclesiæ in singulos annos certam pensionem solvebat Canonicis Cathedralis Ecclesiæ ad monetam antiquam, in qua olim pensio constituta fuit; quia tamen postea mutata moneta fuit, & major fabricata, exigebant Canonici de meliore hac, & modò currenre moneta, pensionem annuam solvi sibi: Pontifex tamen mandavit, ut contenti sint, solutione prioris monetæ, vel si illius nullus amplius usus sit, æstimatione illius. Videatur *cap. olim 20. h. t.*

CAPITULUM XXVII.
Auctoritate.

PARAPHRASIS.

Non vult Pontifex, ut Episcopi ratione visitationis alicujus, procuraciones exigant ab Oratorijs privatis, quæ in prædijs suis habent Religiosi, & solent nunquam in illis ex licentia legitima celebrare. Neque enim, ut bene advertit *Glossa hic, v. ratione visitationis* in talibus privatis Oratorijs sit aliqua visitatio, quamvis aliquoties Religiosi in talibus

Oratorijs celebrent, sed ad ipsam communem, & publicam Ecclesiam visitatio instituitur, à qua etiam procuratio exigenda.

CAPITULUM I.

in Sexto,

Romani.

PARAPHRASIS.

In hoc bene longo Capit. in plures etiam divisio multa statuit Innocentius III. Pontifex, circa modum, quem in suis, ac inferiorum, etiam Religiosorum Ecclesijs visitandis, Archiepiscopi, Episcopi, & alij Prælati, quibus jus visitandi competit, observare debent, circa procuraciones ex jure visitationis visitantibus debitas, circa inquisitionem (generalem scilicet) correctionem, & punitionem deo faciendam. Quia tamen rarus in nostris partibus talium visitationum Archiepiscopaliū, & Episcopaliū usus est; & per sequentia duo Cap. quæ circa procuraciones accipiendas statuta sunt, suam limitationem acceperunt, prout etiam suprâ in *cap. cum Apostolus 6. h. t. Notando 2.* significatum, & hodie in omnia visitationes faciendas, & modorum instituendarum, quam circa procuraciones visitantibus debitas *Trid. Constit. constructo Sess. 24. cap. 3. de reform. servanda est; nisi antiquæ conventiones, cum Monasterijs, Religiosis, & locis ac Ecclesijs non parochialibus factæ sint, quas salvas vult Tridentinum quod ad hoc observari, ut omnia à Visitatoribus gratis fiant, ita ut nec victualia, nec pensiones nec quicquid aliud à Visitatoribus accipiatur: nulla videretur necessaria hujusmodi sequentium cap. duorum ac ultimi de hoc explicatio. Videatur ab illis, qui visitationes has ex officio instituere debent, & observent sanctè, quæ tam in antiquis *cap. 6. 14. & 26. h. t.* quam in *cap. 14. h. t.**